

~~Ant. Fabri~~
D. D.

ANT. FABRI

I. C. SEBVSIANI,

ET IN SVPREMO SABAVDIÆ

Senatu Primarij Præsidis,

IVRISPRVDENTIÆ

PAPINIANÆ SCIENTIÆ.

Ex Bibliotheca D. V. Francisci Antonij de Arce et Senati

D. D.

ANT. FABRI

I. C. SEBVSIANI,

ET IN SVPREMO SABAVDIAE

Senatu. Primarij Præsidis,

IVRISPRVDENTIAE

PAPINIANEAЕ SCIENTIA,

AD ORDINEM INSTITVTIONVM

Imperialium efformataz,

In qua vniversum Ius Ciuile, noua methodo, ad propria & indubitata sua Principia refertur, & ex iis clarissime ac certissime demonstratur.

EDITIO NOVISSIMA, ET EMENDATA



LVGDVNI,

Sumptibus PHILIPPI BORDE, LAVRENTII ARNAVD,
& CLAVDII RIGAVD.

M. DC. LVIII.



D. D.
ANTONII FABRI
IVRE - CONSULTI,
 Jurisprudentiæ Papinianæ Scientiæ.
TITVLVS PRIMVS,
De Iustitia & Iure.



PRINCIPIVM I.

Etymologia Iuris.

*L. 1. De in-
fir. & iur.*



*I*us à Iustitia est
 appellatum l. 1. in
 primo. D. hoc tit.
 Ius, inquam, cui o-
 peram dant, qui iu-
 risprudentiæ pro-
 fitentur, & à
 quâ ipsa etiam iu-
 risprudentiæ ap-
 pellatur, quodque
 Vlp. noster diffi-

nit esse Artem boni & æqui. Alioquin si *iur* in-
 telligas id ipsum quod bonum & æquum est,
 aut vt generalius loquar, legibus consentaneum,
 non *iur* à Iustitia est appellatum, sed Iustitia potius
 à *iure*, si vera est Iustitiæ definitio à Iustitia
 tradita initio huius tituli, in illis verbis *iur sumum*
cuique tribuendū. In summa, potest *iur* considerari
 dupliciter, In abstracto, vt ita dicam, qua-
 tenus causa est Iustitiæ, & in concreto quatenus
 est effectus Iustitiæ, siue accipiatur, pro ea ip-
 sa eo quæ Iusta est, siue pro arte & scientia quæ
 doceat facere iusta. Concreta autem denomi-
 nationem sumunt ab abstractis, non abstracta
 à concretis, l. 1. §. 1. D. de pact. vbi non disti-
 milliter idem Vlp. pactum à pactione dictum
 scribit.

L. pen. cod.

Intendum *iur* etiam accipitur pro eo loco
 in quo *iur* redditor l. penult. ad fin. D. hoc tit.
 Quod pertinet Tituli, De *iur* vocando, Si quis
 in *iur* vocat, non *ier*. In *iur* vocat, vt *caus*: Ne quis
sum, qui in *iur* vocat, vt *eximat*, l. 4. §. ult. & tot. tit.
 Anton. Fabr. Iurisp. Papin. Scient.

De interrog. *iur* faciend. Nonnunquam *iur* etiam
 dicimus pro necessitudine, vt *iur* cognationis vel
 affinitatis, l. ult. D. hoc tit. Est igitur *iur* nomen
 æquiuocum, Sed in hoc principio primo accipi-
 tur in concreto pro effectu Iustitiæ, & tam pro
 re ipsa quæ Iusta est, quam pro arte ipsa boni
 & æqui. Debebat tamen à Iustitia itaque
 ab Vlp. distingui prius quam diffiniri, vt ex-
 tera æquiuoca omnia, ex regala Philosophorum.

L. ult. cod.

ILLATIO I.

De præceptis Iuris.

EX hoc principio illud primam sic quod Vlp.
 scribit in l. *iustitia* 10. D. hoc tit. Iuris præcep-
 ta hæc esse, Honestè viuere, Alterum non læ-
 dere, Ius suum cuique tribuere. Tria enim hæc
 sunt circa quæ omnis Iustitia tam civilis & poli-
 tica, quam moralis versatur, vt pluribus tra-
 ctat Aristot. libro 5. Ethic. Indeq̃ petenda est
 ratio tit. D. quod quisque *iur*. in aliam *stat*, l. cum
 hereditas 59. De admin. tutor. Itemque ratio eius
 quod dici solet, Quæ facta lædunt pietatem,
 existimationem & verecundiam nostram, & vt
 generaliter dicam quæ contra bonos mores, &
 publicam honestatem sunt, ea nec facere nos
 posse credi, vt eleganter Papin. scribit in l. *si*
bon 13. D. de condit. instis. Facit l. *annu* 79. §. 1.
 D. de iur. dot. Nec rarius quicquam videri inter-
 esse si ex non honesta causa interit l. *tum* 11.
 D. de furs. l. *si venditor* 6. §. ult. vlt. ceterum D.
 de seru. export. l. *si extraneus* 13. D. de iur. dot. Deni-
 que neminem ex improbitate sua consequi
 debere actionem l. *itaque* 11. §. 1. De furs. l. *si*
plures 18. §. ult. D. de admin. tut. Iam quæ scrip-
 ssi Princ. 4. in fin. infr. cod.

*L. iustitia,
10. cod. iur.
quod quisque
iur.*